



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 11. Jubilæum Romæ solemni pompa celebratum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

imperio fuisset destituta, atque exteræ Sæc. XVII.
 opis fiducia caruisset: Quamprimum A.C. 1675.
 vero Rex vicinas copias adduxerat,
 mox dissipata factione rebelles prome-
 ritas suæ seditionis poenas dederunt.

§. XI.

*Jubilæum Romæ solemnè pompa ce-
lebratum.*

Hic annus Christi millesimus sexcen-
 tesimus septuagesimus quintus a-
 pud Romano-Catholicos ob plenæ re-
 missionis gratiam Sacer, festivusque
 fluxerat: Properabat Romam versus ex
 omnibus Christiani Orbis Provinciis in-
 gens Peregrinantium concursus, quin
 etiam multi Principes ex Germania sese
 eo conferebant; adeo non eorum fer-
 vorem bellum in Cismontanis Provin-
 ciis grassans remorabatur, ut potius
 majore adhuc reverentia & ardore præ-
 scriptis pietatis exercitiis defungeren-
 tur, quo sacra hæc solemnia nonnisi
 recurrente quovis anno vigesimo quinto
 frequentari nossent. Ut vero Clem. X.
 pauperes, qui maximo numero Romam
 Deo sacra hac peregrinatione litaturi
 advenerant, omni, qua posset modo
 sublevaret, hoc anno Congregationem
 Sacerdotum Nosocomio SS. Trinitatis
 inservientium instituit.

§. XII.